

**Magnam** hujus furfurū & farinæ farraginem coacerbarit Caspar Dor-  
navius in Amphitheatro Sapientiae Jocoferiae Socratice, ubi justo volumi-  
ne de posteris bene mereri voluit: qvi & ipse quoq; invidia, quam fœde  
(1) II. Metam.  
(2) Gal. V, 21:  
(3) Phorm. a.  
2. sc. 3.  
**satis deformat** (1) Ovidius, inter opera carnis & filias Diaboli ponit (2)  
Apostolus, encomium conscripsit, & in Gymnasio Bethaniensi publicè re-  
citavit. Si libere de hisce dicendum est nobis, cum Critone (3) Terentia-  
no amplius deliberandum censemus, ab iis etiam, à quorum  
cerebro fungus & à corde pepones longius aliquando absunt. Res sane  
aceto optumo macerando, licet margaritæ nō sint. Hoc saltē exinde con-  
stare arbitramur, quod ab initio diximus, facundam juxta ac fæcum-  
dam Oratorum atq; Rhetorum & mentem esse & lingvam. Id verò  
plane concuovere non possumus, & speramus multos nobis fore θεοφόρος,  
quod quando Maro Culicem, Calcagninus Pulicem, Heinrich Pediculum,  
Liphius Elephantem, Scribanus Muscam, Philippus (Melanchthonem me  
intelligere intelligentes me nō monente intelleixerint) formicam, Scaliger  
Anserem, Italus qvidam Picam, eleganti oratione celebraverunt, differ-  
(4) Gen. I, 31:  
(5) Tob. XII, 8:  
**entationibus** eas ludicru & argumento παραδόξω accensuerint. Quis  
enim hæc animalia & animalcula, vilia licet quædam & spreta, ex illa-  
rum Creaturarum catalogo expunxit, de quibus gravissime Moyses (4)  
verissimò hoc utitur encomiò, vidit Deus omnia quæ fecerat,  
& ecce omnia erant valde bona! Digna viro eloquente indu-  
stria in operibus Iehovæ (5) celebrandis operose occupari. Plane verò  
injuria fit clarissimo Mediolanensium Oratori M. Antonio Majoragio,  
quum aurea ejus de Luti laudibus oratio ludicrarum rerum stercore im-  
mergitur & immiscetur, quasi ita laudārit, ut alius Podagram, alius Po-  
dicem. Quanquam in eo quidem Majoragio ipsi absentendum sit, quod  
in laudata Oratione nugis puerilibus, fabulis anilibus & re-  
bus ridiculis Muscam, Scarabæum & Afinum accenseat, immo me-  
(6) Hist. Anim.  
IIX. c. 28.  
(7) Lans. orat.  
cont. Gall.  
(8) II. pet. II, 16:  
(9) Bauhus. I.  
L Epigr.  
**dium** istum cum stultitia combinet. Ecce ad Afinum naufragat deli-  
catus Itali stomachus, qui tamen adeò ad palatum sunt Bodino Gallo, ut  
Aristoteli (6) succensens affirmarat in patriâ suâ (7) etiam esse optimos?  
Nonne dignatus est Deus ὑποχύγιον (8) illud ἀφωνον ἐν ἀνθρώπος φωνῇ  
φθεγξάμενον κωλύσαι τὸ προφῆτα παραφρονίαν; Ac licet non  
omnes credant ad præsepe nascentis Domini stetisse Afinum, nullus tamen  
& nemo credit Poëtæ cuidam, cum à Noacho in arcâ toleratum  
vix fuisse, ut qvi postea ipsum Christum vexerit, de quo eruditum epi-  
gramma (9)

Auric